

Capitalis. Hic misit nuncios aut legatos ad
 Grimfridum regem Thuringorum pro pace
 tractanda inter eos et unione et dicerent eum
 non esse dominum suum nec preceptorem, sed
 amicum et propinquum et consanguineum et
 propius temporibus pacem cum ipso habere et
 servare. Unde Grimfridus rex habuit sororem
 Theoderici regis Francorum et tandem nuncios
 Theoderici petiverunt ab Grimfrido, ut pacem
 haberent cum Francis ac unanimis essent, prop-
 ter amicitias inter eos factas. Quibus Grimfri-
 dus respondit: Amicitiam Francorum opto et
 pacem si mihi ^{ex} ab eo recipio. ^{sed} pro regno vellet
 dare responsa coram amicis suis. Quod tandem
 regina percipiens, quod nuncios fratris sui venissent
 pro causa tractandi pro regno, que vocant ad
 se militem Tringum, prudentem consiliarium
 regis Grimfridi, ut diceret regi, quod intro mitteret
 de de regno, quia hereditario iure spectaret
 ad eam, quod ^{legittima} que ipsa esset filia ^{legittima} ultima patris
 eius Clodovii, et ipse Theodericus esset illegitime
 natus et servus patris eius et erat incoveniens
 seruo suo dare matrem. Hic Tringus miles
 fuit vir fortis et prudens et propter illa fuit
 secretarius regis et omne consilium regis sedit
 in eo. Unde Grimfridus convocavit principes
 et dominos et maiores regni vasallosque edis-
 sere volens illis legationem Theoderici regis
 Francorum. Quod et fecit. Unde principes, domi-
 ni, vasalli ac amici responderunt regi, ut si
 paret pacem habere et unionem cum Francis
 quia ipsis resistere non possent, et quia ipsi ex
 altera parte cum Saxonibus impediti essent ac
 depressi. Et tandem Tringus fecit complacenciam
 regine, consuluit Grimfrido rege quod non
 cederet Theoderico rege Francorum, quia regnum
 de iure cederet sibi et quia ipse haberet Austram
 terram, miliciam ac divitias, quod bene resisteret
 Theoderico. Quod consilium secutus est Grimfridus

tractandi?
 est
 te

a) q3 — legitima
 Clodovii v = n

7 et ad omnia consilia providus

+ f. cexl iii